

26 giugno 750

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 6.

Edizioni:

L.A.MURATORI, *Antiquitates Italicae medii aevi*, vol.I-VI, Milano 1738-1742. *Excerpta*, vol.II, coll.1007-1008.

F.BRUNETTI, *Codice diplomatico toscano*, vol.I-II, Firenze 1806-1833. Vol. I, 537 n.41.

C.TROYA, *Storia d'Italia nel medioevo*, Vol.I-V, Napoli 1852-1859. Vol. IV, *Codice diplomatico longobardo dal 568 al 774*, n.636 pp.362-4.

L.SCHIAPARELLI, *Codice diplomatico longobardo*, vol.I-II, Roma 1929-1933. Vol.I, n.98 pp.283-5.

A.GHIGNOLI, *Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile I (720-1100)*, Ospedaletto (PI) 2006. n.6 pp.16-18.

Regesto:

Racolo del fu Tachiperto, abitante di Vico Brucci (Vicarello), offre alla chiesa di santa Maria di Cascina tutti i beni che ha avuto da parte dei suoi genitori.

Fatto in Pisa.

Rogò Teofrido notaio.

Originale:

+ In nomine domini dei nostri Iesu Christi. Regnante domno nostro Aistolfo, vir excellentissimus, rege, hanno regni eius primo, mense iunio, die sexto ante Calendas iulias, per indictione tertia.

Ideo ego Racolo, vir devotus, filio quondam Tachiperti, avitator Vico Brucci, et manifesto sum mihi eo cod ante os anno mihi offerere visus fuit cum homnis res meam de quanto avire viso sum ad eclesia dei et beatissime sancte Marie de Cassina et menime exinde cartula ad ipso sancto loco emisit.

Modo vero consideravit, dei omnipotentis temore et mercide anima mea, ut per hanc cartula suprascripta res mea in ipso sancto loco una meco offero, unde modo deus et tibi predicta eclesia sancte Marie cartula exinde emitto, ut aveas, teneas, possideas ipsa sancta eclesia omnis res meam vel eius custodes, tam casa avitationis me, cum homnia et in omnibus de quanto mihi de iura parentorum meorum evinet, ut perpetim et futuris temporebus ipsa meam offerionem firma et istavilis permanead.

Et non ego, non eredes meus, nec nullam s[u]pp[ro]sita personam aveas loquendi facundia alique de suprascripta res meam ad ipso sancto loco vel eius costodis retollendo, set, ut dixit, istavile permanead in ipso sancto loco homnia, sicut superius legitor, ut mihi aput domino vel eiusque sancti exinde magna mercis adcriscad et in futuro seculo bona invenias retributionem vel eius custodientis die noctuque deus deprecare pro redemptionis anime meam non cessit.

Ecce, ut meus bono fuet desiderio, per han cartula confirmavit.

Unde pro monimine et cautelat han cartula in ipsa eclesia emisit et Teofrid notarium iscrivere rogavit.

Actum Pisa, per indictione suprascripta, feliciter.

Signum + manus Racoli, viri devoti, qui hanc cartula iscrivere rogavit.

Signum + manus Birrica filio quondam Ursi testis.

Signum + manus Teofrid filio Lautperti testis.

Signum + manus Sisiperti filio quondam Aunefrid testis.

Signum + manus Lamperti filio quondam Teutperti testis.

Ego Teofrid notarius rogito ad Racolo han cartula iscripsit et pos testium rovorati supplevit et dedit.

Luglio 754

Archivio di Stato di Siena, Diplomatico Città di Massa, luglio 754.

Note:

Copia autentica notarile risalente al secolo XI di un contratto del luglio 754.

Qui sono rammentate due località: Setteri (*Septare*) e Fondomagno (*Fundomagno*) identificate con località livornesi [G.Ciccione & al., *Setteri. Un insediamento livornese dai Longobardi ad oggi*, Livorno 2004, 48 pp.]. Pertanto questa risulta essere la prima pergamena che tratta di Livorno, anche se in essa Livorno non è rammentato.

Copie:

- Copia su pergamena del secolo XI in **Archivio di Stato di Siena, Diplomatico Città di Massa, Riformagioni, 754** luglio.

- Copia cartacea del secolo XVII in **Biblioteca comunale di Siena**, ms, B, VI, 19, c.31.

- Copia cartacea del XVIII secolo in **Biblioteca universitaria di Pisa, Guido Grandi, Contractus**, ms. Sc.6/54 (ex tomo 5 instrumentorum D.Uberti Benvolenti Senensis p.31 et sequentes).

Edizioni:

Il testo qui riportato è copiato dalla edizione fornita da Luigi Schiaparelli nel 1929. Per le edizioni precedenti è sufficiente quanto lì riportato. Poi nel 1991 la pergamena è stata riedita a cura di Stephan Molitor, con minime varianti.

L.SCHIAPARELLI, *Codice diplomatico longobardo I*, Roma 1929, pp.337-352 n.116. [Ristampa anastatica Torino 1960]

S. MOLITOR, *Walfreds "cartula dotis" aus dem Jahre 754, in Vita Walfredi und Kloster Monteverdi, Toskanisches Mönchtum zwischen langobardischer und fränkischer Herrschaft*, cur, K. SCHMIDT [Bibliothek des Deutschen Historischen Instituts in Rom 73], Tübingen 1991, pp.152-165.

Regesto:

Gualfredo del fu Ratcauso di Pisa fonda il monastero di san Pietro in Monteverdi, in località Palazzuolo, nella *iudiciaria* di Lucca, con la regola di san Benedetto. Offre al monastero se stesso e i suoi figli Rachis, Gunfredo, Taiso e Benedetto, disponendo che esso sia esente da qualsiasi giurisdizione civile ed ecclesiastica. Solo nel caso di grave colpa di qualche frate, non corretta all'interno del monastero, e di problemi nella nomina del rettore, dovranno intervenire il vescovo di Pisa, il vescovo di Massa, l'abate di san Salvatore in Ponziano e l'abate di san Frediano di Lucca.

Dota il nuovo monastero con numerosi beni: il terreno di Palazzuolo su cui è costruito il monastero, varie proprietà lungo la costa fra Caldana e Pisa, proprietà nelle vicinanze di Pisa, case in Pisa, varie proprietà a nord di Lucca e beni imprecisati in Corsica.

Fatto in Pisa.

Rogò Ansperto notaio.

Copiò Illo notaio.

Originale:

+ Exemplar.

In nomine domini nostri Iesu Christi adque beate semper virginis Marie et beatissimi apostolorum principis sancti Petri, regnante piissimo adque excellentissimo pro salute totius catholice gentis nostre Langobardorum donno nostro Aistulfo rege, anno regni eius deo protegente sexto, mense iulio, indictione septima.

Vualfredus, filio quondam Ratchausi, civis Pisane, recolente me istius mundi caduca ac transitoriam vitam et quod oportet huius mundi vana gloria contemnere per Christum dominum sequi eiusque sacra precepta implere et promissione suscipere et eternam vitam cum eo fruire, et quod

peccatoribus aditus regni celorum non intercluditur si toto corde ad misericordiam dei confugerit, et dum pro mea facinora et spatium vite quam neglegenter duxi me animi tedio inficere, et non inveni per quo me in angustiis convertere, tunc protectorem quesivi, ut quod non meis meritis ad illa valeo pervenire vita, per qua commissa deleatur, illius protectio, cui ligandique et solvendi est concessa potestas, in ovile eius reducat.

Tunc in eius honore disposui monasterio edificare in que regulariter vitam ducere, et una cum filiis et res mea offero, ubi et nostra et aliorum anime salvarentur. Item namque ego qui supra Vualfredi cum magna devotione et conpunctione cordis offero me ipso et filiis meis, idest Ratchisi, Gumfredi, Taiso et Benedicto, domino deo deservire et usque ad virtutem et possibilitate, auxiliante pius deus, sancte et regulariter vitam peragere in monasterio beatissimi et apostolorum principi sancti Petri, quas presenti tempore in proprio territorio meo ob amore Christi et pro remedio peccatorum meorum edificare visus sum locus qui vocatur Palatiolo, iudiciaria Lucense.

In eo vero tenore meus disposuit animo, ut nullus episcoporum aut iudicum ibi preveniat imperio, neque aliquis de filiis vel heredum meorum typo superbie inflati quacumque possit in fratribus inibi congregati vel in res monasterii huius generare superbiam, set ita volo adque per huius munimine cartula confirmavi, ut in supramemorato monasterio sancti Petri congregatio monachorum fiat de illis fratribus quos pius deus et ipse eius apostolus ad suum servitium vocatus dignare fuere, et filiis meis una cum ipsis, pariter adiuvante omnipotenti dei misericordia, sancte et regulariter vitam peragantur et pro meis peccatis die noctuque suis orationibus omnipotenti deo non cessent obsecrari misericordia.

Et tamen ordinatione abbati quam et alis ordinationes, quod oportuna sunt in monasterio fieri, ita agant et perficiant secundum instituta regula ad sanctum patrem nostrum Benedictum. Et si aliquo error pro ordinatione abbati ortus fuerit aut pravo aliquo vitium repertum inter fratribus, quod ipse inter se ad rectitudinem aut regule instituta corrigere neglexerit, tunc accedant in ipso monasterio sancti patres quoeписcopi, id est sedis ecclesie sancte Pisane et sedis ecclesie Populoniensis seo et abbas monasterii domini Salvatoris loco Pontiano, item et abbas monasterii sancti Fridiani ubi et eius corpus quiescit unatum civitatem Lucense. Hii sanctissimi quattuor hac venerabiles viri in omnibus habeant licentiam malum aut pravum vitium, quod ortus fuerit instigante diabulo, ad domini revocare precepta, ut malum vitium reseceatur et anime fratrum corrigat ad salute. Et si, decedente abbate, in electione abbatis aliquo ortus fuerit scandalo, sicut solet fieri per insidia ostis nostri, ipsi quidem supramemorati sancti patres una cum fratribus ipsius monasterii provideant qui dignus fuerit preesse, ita eligant et confirment sine ullo munere aut alio aliquo imperio, nisi tantum at his pravis vitiis se corrigendum, ut sancte et regulariter vivant. Nam si ipsi se corrigere potuerint, ut sancte et regularis vite agant, supramemorati quoeписcopi vel abbati nullo cogeant imperio in ipso monasterio aliquo ordinandi aut iudicandi, set liceat eos instituta patrum servare et vita peragere.

De supramemoratis vero filiis meis, volo ego qui supra Vualfridi, ut si aliquis de ipsis peccatis fatiscens in aliquo lapso ceciderit aut aliquo pravum egerit, tunc abbas, qui ordinatus fuerit, eum penitentiam et disciplinam corrigant et intro monasterio reteneant, ut anima eius salvari possint, nam foris monasterio nullo modo eos expellant, ut anima eius depereant, set quot forte voluntarie bene agere neglexerint, faciant inviti.

In dotis vero supramemorati monasterii sancti Petri, una cum prefatis filiis meis, id est Ratchis, Gumfredo, Taiso et Benedicto, in primis trado et offero portionem meam de supradicto casale Palatiolo, ubi et ipse monasterio fundatum est, una cum portione mea de basilica sancti Filippi, vel res ad eam pertinentes, cum casas massaricias, familias, vel adiacentia eorum, peculias donicatas cum pastores qui eam depascunt, cum vineas, olivetas et territorias per fines una cum silvas sicut nobis pertinere videtur in integro.

Item et curte iuris mei in Castagnieto cum edificias suas, peculias donicatas et pastores qui eam depascunt, vineas, olivetas, pratas, territorias, silvas seo et casas massaricias cum familias suas que nobis pertinent, quanti exinde liberi non dimiserimus, cum omne adiacentia ad ipse case vel curte pertente, in integro abeat ipse monasterio.

Item et abeat portionem meam de molino et casa de Caldana cum Helaro seo et Dominico, pueri nostri, et omnem adiacentiam ad ipsa casa vel molino partem meam in integro pertenentes.

Simili modo et abeat ipse prefatus monasterio portionem meam de curte super Cornia, cum edificias suas, vineas, territorias cultas et incultas, silvas, pergaias, pascuas, una cum casas massaricias, cum familias suas, et omne adiacentiam ad ipse case uel curte pertenente in integro, anteposito portionem meam de gagio Ghutori et portionem meam, hoc est medietatem, de casa Candidi de riuo Orsario, cum familia et omne adiacentiam ad ipse case pertenente.

Item abeat ipse monasterio sancti Petri portionem meam de casale in Raossano, tam de monasterio quod inibi est seo et de case massaricie, cum adiacentia ad ipsa case pertenente, portionem meam in integro.

Item volo ut abeat ipse monasterio medietatem salinas in loco Vada et in Potiolo area, quod emit a quondam Anfridi, mea portione.

Simili modo et offero in supradicto monasterio portionem meam de curtis iuris mei in loco qui uocatur Septare, cum edificias, vineas, olivetas, silvas, territorias cultas et incultas, una cum casas massaricias vel omne adiacentia ad ipse case vel curte pertenente. Et abeat insimul casa Magnacioli, et casa Teudiperti, et casa Unipertuli, et casa qui fuit Pasquali in Fundomagno, cum omne adiacentia ad ipse case pertinentem.

Itemque do et offero ad ipsum predictu monasterio portionem meam de curte mea Castello Faolfi, cum vineas, olivetas, edificias, territorias cultas et incultas, seo et case massaricie ad ipsa curte pertenente, cum omne adiacentia et familie, quante exinde libere non dimiserimus, abeat ipse monasterio sancti Petri.

Simili modo offero in predicto monasterio portionem meam de cagio in Latiniano in integro, et casa Teoduri de Agello, et casa Pinculi de Cisiano, cum omne adiacentia ad ipse case pertinente et familia eorum.

Item abeat ipse monasterio sancti Petri casa Gumfridi de Massiano, et medietate de casa quondam Mauri in Variano et de filii eius. Et abeat casa Gheduli de Rivo Cavo, et casa de filii quondam Anscausi de Vexiniano, et casa de filii quondam Pincioli in Pisiniano, et casa Prandi in Pittule.

Item in ciuitate casa Cunandi et casa Gadiperti, casa Fridicausi, casa Cauperti, casa Sichimundi. Hec autem case cum omne adiacentiam ad eas pertinente et familie eorum abeat ipsum sanctum et venerabile locum.

Similiter volo ut abeat in loco Cotiano casa Barduli et casa Mincioli, cum adiacentia sua et familie eorum, quante exinde liberi non dimiserimus,

Simul et abeat ipse monasterio medietate de mea portione de case quem abemus in loco que uocatur Barga, Ghermio, Lupinaria, Glacentiano, cum familie sue et adiacentia sua. Et abeat casa in loco qui uocatur Sarachiano, quem emimus de Taniperto, cum adiacentia sua.

In tale enim tinore volo ego qui supra Vualfridi res superius comprehensa omnia abere monasterio supramemorati sancti Petri, ut ita persoluant ad ipso monasterio tam liberi quam et servi vel aldioni qui in ipse case resederint.

Itemque do et offero ad suprascripto monasterio portionem meam de pecunia nostra in insula Corsica, tam casas, familias, territorias, et omne adiacentia ad ipse case pertinente, et res donicata, movilia et immovilia. Ut dixi, mea portione de quantum in ipsa insula Corsica [habeo], et omnia in integrum.

Simul et abeat ipse monasterio portionem meam de prato ad padule Actioni; et abeat portione mea ad Arsula et orto que uocatur Ad Prato iuxta padule Auctioni, et portione mea de terra in Arina, medietate de mea portione.

Simul et abeat portione mea de oliveto in Verriana, et portione mea de casa Brunuli in ipso loco Verriana, cum familia vel omne adiacentia ad ipse case pertinente, mea portione.

Itemque do et offero ad prefatum et sepius nominato monasterio beatissimi sancti Petri id est ecclesia et monasterio sancti Petri in Accio, que est fundatum et constructo in iam predicta insula Corsica, cum omnia adiacentia que ad ipsa ecclesia et monasterio est pertinente, in integro abeat et possideat ipse sanctissimo et venerabile locu.

Hec omnia superius comprehensa do et offero ego qui supra Vualfridi pro redemptiione anime mee in predicto monasterio sancti Petri et abbas cum fratribus inibi congregatis, peto ut pro meis peccatis suis orationibus et vigiliis intercedere dignetur, ut michi dominus ignoscat quod neglegenter gessi, et eorum pro me peccatore dominus retribuatur mercedem. Ecce qualiter meus complacuit animus.

Per huius voluminis cartule confirmo sic, ita ut si aliquis de filiis aut heredes proheredes meos contra [hanc] dotis mei pagina ire quandoque presumpserit, aut aliquid subtraere aut molestare per se aut supposita persona de omnia que super legitur et adprobatum fuerit, componat ad pars ipsius monasterii sancti Petri vel eius congregationis auri solidos quingnanti, et presens cartula dotis mee in sua [maneat] firmitate et robore.

Unde tres cartule pari tenore Asperto notarium scribere [rogavi].

Actum Pisa, per indictione suprascripta, feliciter.

Una de ista cartule reservamus in predicto monasterio nostro sancti Petri, alia vero de iste cartule dedimus ad conservandum in domo sancte ecclesie Pisane, ubi dominus Andreas episcopus esse videtur, tertia vero dedimus ad conservandum monasterio domini Salvatoris, ubi abbas Gadisteo esse videtur.

Ego Vualfridi filio quondam Ratchausi in anc cartule dotis mee manus mea propria subscripsi et testibus obtuli roborandum.

Signum + manu Ariperti filio quondam Aritel testis.

Signum + manu Pertualdi filio quondam Arioldi testis.

Signum + manu Beati abiscario testis.

Signum + manu Gadualdi filio quondam Magiani testis.

Ego Maccio notarius, rogatus a Gualfridi, in anc cartule me testes subscripsi.

Ego Gundiperto filio quondam Barbentiii, rogatus ad Vualfridi, in ac cartule me teste subscripsi.

Signum + manu Guiliperti filio quondam Vitaliani testes.

+ Ego Ansperto notarius, rogatus a Vualfridi, hac cartule scripsi et subplevi.

[Seguono le sottoscrizioni dei notai che hanno autenticato la seconda copia del secolo XI]

Ego Benedictus notarius autentico illum vidi et legi.

Ego Gospertus notarius autentico vidi et legi, unde anc exemplari facta est, et hic subscripsi.

Ego Illo notarius donni inperatoris autentico illo vidi et legi et fideliter exemplavi, litteris plus minus.

Gennaio 780

Archivio di Stato di Firenze, Diplomatico Comune di Volterra n.1.
780 gennaio.

Note:

La località Villamagna ricordata nella pergamena fino ad ora era stata identificata con Villamagna nel comune di Volterra, Alcuni indizi però ci fanno pensare possa trattarsi della Villamagna che diventerà poi Ardenza, nel comune di Livorno.

Edizioni:

FILIPPO BRUNETTI, *Codice diplomatico toscano compilato da Filippo Brunetti antiquario fiorentino*, Parte II, tomo 1, Firenze 1806, n.XII, pp.236-7.

Chartae Latinae antiquiores prior to the ninth century. Part XXV, Italy VI, cur. **R.MARICHAL, J.-O.TJÄDER & G.CAVALLLO**, Zürich 1986, pp.92-5.

Regesto:

Ratcauso, figlio del fu Barbulo e abitante in Villamagna, offre per la propria anima tutti i suoi beni al monastero di san Pietro in Palazzuolo presso Moteverdi.

Originale:

+ In Christi nomine. Regnante domno nostro Carulu rege, anno sexto in gentes Langubardorum, mense ianuarium, indictione tertiia.

Ratchausu, avitatore in loco Villa Magna, filio quondam Barbuli, incertu sum de dei iudicio, timeo futuro iudicio, qualiter mihi finis mortis hoccurrano niscio. Proid namque ego qui supra Ratchausu, pro mercede et redemptiome anime mee, do dono et offero tivi deo et monasterium beatissimi apostulorum princepis sancti Petri sito Monteviride loco Palatiolo, ubi Gumfridus reverentissimo abbas esse videtur, omnis res meas, quanta mihi da germanis meis in portionem conpetet: casa avitatiionis mee in suprascripto loco Villa Magna, edificio, fundamentis, curtes, ortos, vineis, territorias, campis, pratis, silvis, olivetis, cultum, deserto et omni intrinsecus casas, movilia et immovilia, omnia et in omnibus res meas, ubique aut in quolivet loco ad meo nomen pertinere provantur et sicut mihi da germanis meis conpetet portionem, omnia in integro offero in suprascripto monasterio beatissimi sancti Petri ipse abbas qui nunc est aut pro tempore fuerit, omnis res meas in integro quidquid facere, iudicare voluere omni tempore in eorum sit potestate, ut dominus de peccatis meis, vel cinora, pius et propitius remittere dignetur. Et si quacumque tempore ego Ratchausu aut quolivet heredes vel filios meo hanc cartulam disrumpi quesierimus, aut qualivet res meas da ipso monasterium aut ipsius Gumfrid abbas aut ad posteros eius subtrahere, molestare, tollere quesierimus et omni tempore non permanseremus in anc mea offerionem et per qualivet homiem per qualivet ingenio, argumentis, aut supposita personas qualivet res ad ipso venerabile loco subtrahere quesierimus, aut aliterius qualivet obligatiionem ficeremus, componere promitto ego Ratchausu aut meus filios heredes ad ipso monasterium dei aut tivi Gumfrid abbas vel qui pro tempore fueret posteros eius, duplam meliorata re de quod agitur et omni tempore hanc cartulam in sua permanea firmitate.

Unde hanc cartulam offerionis in predicto monasterium sancti Petri emisi et Istaipertum notarium inscrivere rogavi.

Actum Pisas, per indictionem suprascripta, feliciter.

Signum + manus Ratchausi qui hanc cartulam offerionis fiere rogavet.

Signum + manus Austrifusi, filio quondam Austriperti, testis.

Signum + manus Causari, filio quondam auseradi, testis.

Signum + manus Causeradi, filio quondam Lamperti, testis.

Signum + manus Petrunaci, filio quondam Petri, testis.

+ Ego Istaipertu notarius pos tradita conplevi et dedi.

Marzo 868

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n.22.

868 marzo.

Edizioni:

L.A.MURATORI, *Antiquitates italicae medii aevi*, vol.I-VI, Milano 1738-1742. *Excerpta*, vol.III, coll.1021-24.
Carte dell'Archivio arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. I (720-1100), cur. A.Ghignoli, Ospedaletto (PI) 2006, n.25 pp.65-66.

Note:

Pergamena con rasure ai lati destro e superiore. Uno strappo è presente sul lato inferiore. Inchiostro qua e là sbiadito per la presenza di macchie di muffa.

Regesto:

Accordo tra il vescovo di Pisa Platone e il prete Sindiperto. A Sindiperto viene affidata la pieve di San Paolo a Villamagna (Ardenza), che dovrà officiare, e tutte le proprietà di questa pieve, che in passato erano tenute dal prete Andripert, in cambio il prete Sindiperto dovrà pagare ogni anno nel mese di ottobre 18 denari d'argento. Se sarà necessario dovrà recarsi fino a tre volte all'anno al vescovado *ad iustitia faciendum*.

Fatto in Pisa.

Rogò Rosselmo notaio e scabino.

Originale:

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Regnante domno nostro Hludowico serenissimo augusto, a deo coronato, magno et pacifico imperatore, anno [octabodecimo], mense martio, indictione prima. Placuit et convenit inter nos Plato, gratia dei sancte Pisane ecclesie episcopus, necnon et Sindipertus presbiter, fi]l]i[us] q[uondam] Si[n]diprandi, ut ego Sindipertus presbiter laborare et gubernare debeam rebus pertinentibus ecclesie vestre sancti Pauli, que fuit plebe baptismale, prope Villamagna, simul cum capanna et rebus vestris illis, quibus rectas fuerunt per Andriperto presbitero, seo et una petia de vinea, que Lupulo ad laborandum abuit, quibus ego laborare et gubernare debeam, ut non peioreretur et in ipsa dei ecclesia incensum et luminaria seo officium iuxta possibilitate mea facer[e et adinple]re debeam et pro iamdicta ecclesia et rebus ad eam pertinentibus, sive et pro suprascripta capanna et rebus ad eam pert[inentibus] ... [per omnes] annos in mense octuber, hic Pisa ad domus episcopat[ui vest]ro tib[i vel ad posteros tuos aut ad misso vestro censum et tributum dare et persolvere] debeamus de argentum dinarios decem et octo boni expendibiles. Et si utilit[as] a m[andato vestro venire debeamus ad iustitia faciendum et iudicio vestro audiendum et complen]dum tres vices in annos.

Unde promitto ego qui supra Sindipertus presbiter tibi suprascripto Plato episch[o]po et ad posteros tuos, si hec qu[od superius legitur nostre promissionis per sin]gulos annos vobis taliter ad parte memorati episcopatui vestro non persolserimus et non adinpleberimus, sicut su[pra] promisi, aut si ia[m]dicta ecclesia] et capanna et suprascriptis rebus et vinea dimittere aut postponere presumpserimus aut si aput me peioratis fuerint, [siamu]s vobis componitur[i pene nomine solidos] quinquaginta.

Item et ego Plato episcopus promitto tibi suprascripto Sindiperto presbitero, si ego aut posteros meos t[e] aut homines tuos de predicta [ecclesia e]t capanna vel de rebus ad eas pertinentibus vel de suprascripta vinea foris expellere vel menare quesierimus aut superinposita vobis facere presumpserim[us, sim]iliter tibi componamus solidos quinquaginta, quia taliter inter nos convenit.

Et duo libelli iuxta uno tinore Rosselmum n[otarium] scribere rogabimus.

[A]ctum Pisa.

Ego Sindipertu presbiter in unc libellum a me factum manus mea subscripsi.

Ego Iohannis notarius et ischabinus subscripsi.

Ego Iohannes, rogatus a Sindiperto, me teste subscripsi.

Ego Pertifusu filio bone memorie Pertualdi, rogatus a Sindiperto, me teste subscripsi.

Ego Adalprando, rogatus a Sindiperto, me teste subscripsi.

Ego Teupaldu filio bone memorie Aucisi, rogatus a Sindiperto, me testis subscripsi.

Signum manus Raiperti filio quondam Rachifridi, testis.

(S) Ego Rosselmus notarius et schabinus post tradito c[omplebi].

Giugno 891

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 30.

891 giugno.

Edizioni:

L.A.MURATORI, *Antiquitates italicæ medii ævi*, vol.I-VI, Milano 1738-1742. *Excerpta*, vol.III, coll. 1039-1042.

A.MASTRUZZO, *Chartæ Latinae antiquiores, 2nd series, Ninth century, Part LVIII, Italy XXX, Pisa. Volterra*, Zürich, pp.71-3.

A.GHIGNOLI, *Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo Arcivescovile I (720-1100)*, Ospedaletto (PI) 2006, n.30 pp.76-78.

Note:

Sul retro di mano del XIII secolo: «Livello da Laiatico di Boniprando»; di mano del XIV secolo: «Apparo de terra in Laiatico que est d.....»; vecchie segnature archivistiche: «n° 30. X. 902. giugno. 204. n. 236».

Regesto:

Accordo tra il vescovo di Pisa Giovanni e Boniprando del fu Domniprando della località Laiatico. Boniprando e i suoi eredi devono lavorare un casalino [=casa diroccata] con tutte le sue appartenenze, di proprietà del vescovato, posto in luogo detto Laiatico e che in passato era tenuto da Lucifredo, che è pertinente alla chiesa di santa Giulia del Porto Pisano, dipendente dal vescovato, e devono costruirvi entro l'anno una casa, nella quale dovranno abitare; inoltre devono dare ogni anno nel mese di gennaio al vescovato 36 denari d'argento e la metà dell'olio che si produce in quella proprietà. Infine hanno l'obbligo di presentarsi due volte all'anno a Pisa, presso il vescovo *ad iustitiam faciendum*, su richiesta del vescovo. Se non rispetteranno qualcuno dei patti dovranno pagare una penale di 50 soldi d'argento.

Fatto a Pisa.

Rogò Giovanni notaio e scabino.

Originale:

+ In dei omnipotentis nomine. Regnante domino nostro Huuido, gratia dei inperator augusto, anni inperii eius primo, mense iunio, indictiione nona.

Placuit ad convenit inter nos Iohannes, gratia dei sancte Pisane ecclesie episcopus, hnecon et Boniprandus de loco Laiadico¹, filio quondam Domniprandi, ut ego qui supra Boniprandus et mei eredes laborare et excolere debeamus casalino et res vestras illa in loco Laiatico, qui est per[te]nentes ecclesie sancte Iulie, qui sita esse videtur Porto Pisano et est pertenentiia suprascripti episcopatus vestro sancte Marie.

Casalino vero ipso in eodem loco et iam rectum fuit per Lucifridi.

Hec predicto casalino et rebus ad eos pertenentes, nos eas bene laborare et excolere debeamus, ita ut in omnibus melioretur et non peiuretur et in ipso casalino infra isto anno casa levare adque conciare debeamus, set in ipsa casa tam ego quam et mei eredes resedere adque habitare debeamus.

Et pro iamdicto casalino et omnibus rebus ad ipso casalino pertenentes, nos vobis ad parte² suprascripti episcopatus vestru per singulos annos [in] mense ianuario censum dare et persolvere debeamus ad ipso domo episcopalis vobis vel ad minesteriales vestros, que ibi per tempore abueritis, idest de argentum denarios tregreginta sex de bonos denarios per caput bene expendibiles ic Pisa et Luca cives, et medietate oleo de ipsis rebus nos vobis per singulos annos reddere debeamus ad ipso domo episcopalis vel ad missos vester.

Et ad mandato vestro, si oportu[nu]m fuerit, duo vices in anno ic Pisa venire debeamus ad iustitia faciendum et complendum tantum.

Unde repromitto [ego qui supra] Boniprandus, una cum mei eredes, tibi suprascripto Iohannes episcopus vel ad posteros subcessores tuo [si no]s iamdicto casalino et rebus ad eos pertenentes dimittere aut posponere presumserimus [a]ut si apput nos peiuratas fuerit, et nos vobis per singulos

¹ Laiatidico.

² pate.

annos sic non persolserimus et non adimpleverimus, sicut superius legitur, conponamus vobis pene nomine de argentum soledos quinquaginta.

I[tem] et reponit ego qui supra Iohannes episcopus, una cum posteris subcessoribus mei, tibi qui supra Boniprandus et ad tui ered[es], si vos nobis omnia sic persolseritis ad pars suprascripti episcopatu nostro et sic adimpleveritis, sicut superius promisisti, si nos vobis de iamdicto casalino et rebus ad eos pertinentes fora expellere vel menare aut [vobis amp]l[ius] superinposita facere presumserimus, similiter conponamus vobis soledos quinquaginta.

[Quia taliter inter nos] convenit et duo inter nos livelli pari tinore Iohannes notarius scrivere rogavimus.

Actum Pi[sa].

[Si]gnum m[anus] suprascripti Boniprand[i], qui unc livello scrivere rogavit.

+ Ego Gerimundo, rogatus a Boniprando, me teste supscripsi.

+ Ego Andrea, rogatus a Boniprando, me teste supscripsi.

[+] Ego Anselmo, rogatus a Boniprando, me teste supscripsi.

[Sig]nu manus Cuniperti filio Cuneradi, testis.

[Sig]nu manus Petri filio quondam Iohanni, testis.

[Sig]nu manus [...]ghisi filio quondam Vualtighisi, testis.

[+ Ego rog]atus a Boniprando, me teste supscripsi.

[+ Ego Iohannes notarius et scabinus p]ost tradito complebi.

18 maggio 902

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 17.
902 maggio 18.

Edizioni:

L.A.MURATORI, *Antiquitates Italicae medii aevi*, vol.I-VI, Milano 1738-1742. *Excerpta*, vol. III, col. 1029-1032.
Carte dell'Archivio arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. I (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Ospedaletto (PI) 2006, n.32 pp.80-82.

Note:

La pergamena presenta un larga lacerazione nel mezzo, con perdita di testo e macchie di umidità sparse, soprattutto nella parte inferiore.

Sul verso una scritta di mano coeva: «*Libello da Anselmo de res de Camaiano*»; di mano del XII secolo: «*Libello de loco qui dicitur Camaiano prope rivum Ardi et prope Colle de Camaiano et Scapanna*»; notazioni archivistiche dei secoli XVII-XIX: «324», «N° 540», «A.816», «N° 17», «813, 18 maggio».

Regesto:

Anselmo figlio del fu Nandifrido riceve in livello da Giovanni vescovo di Pisa:

- un casalino [casa diroccata], che un tempo era stata la sede amministrativa della *curtis* di Camaiano, posto vicino al rio Riardo,
- una casa posta nella località Colle, tenuta dal massaiio Sabatino,
- varie case, un casalino e altre dipendenze posti a Scafurno, anch'essi tenuti dal massaiio Sabatino e da Betto,
- un casalino e altre dipendenze posti nella località Camaiano, tenuti dal massaiio Aggo (tutti i beni fin qui elencati sono di pertinenza della *curtis* di Camaiano).
- varie cascine e altre dipendenze nel luogo detto Campolungo, che erano tenuti dal defunto Giovanni figlio di Andrenino.

Tutti i beni elencati appartengono al vescovato di Pisa e sono dati ad Anselmo, ai suoi figli e ai loro eredi, col diritto di cederli a terze persone.

Anselmo deve pagare ogni anno 72 denari d'argento e deve far sì che gli uomini, che abiteranno nelle case e cascine cedute, su ordine del vescovo, si rechino a Pisa *ad legem et iustitiam faciendum*. Se Anselmo e i suoi eredi non adempiranno questi obblighi o abbandoneranno i beni o li peggioreranno, dovranno pagare una penale di 200 soldi d'argento.

Fatto in Pisa.

Rogò il notaio Rosselmo

Originale:

(S) In dei nomine. Regnante domno nostro Hludowicus gloriosissimus gratia dei imperator augusto, postquam in Italia ingressus est anno imperii eius secundo, quintodecimo Kalendas iunias, indictione quinta.

Manifestus sum ego Anselmo filio bone memorie Nandifridi, quia tu Iohannes, gratia dei huius sancte Pisensis ecclesie umilis episcopus, per cartula livellario nomine ad censum perexsolvendum dedisti mihi id est casalino illo, in qua fuit casa et curte domnichata, in locho et finibus ubi vocitatur Cammaiano, prope loco et finibus ubi vocitatur Rivoardi, una cum casa illa in locho ubi vocitatur ad Colli, qui est pertenentes de ipsa curte, qui regitur per Sabbatino, cum casas et casalino et rebus illis in locho ubi vocitatur ad Scaparne, qui recta esse videtur per suprascripto Sabbatino et Betto, seo et casalino et rebus in suprascripto locho Cammaiano, qui regitur per Aggo massario, et est pertenentes ipso casalino in qua fuit casa et curte domnicata, et predictis casis et cassinis et casalinis et rebus suprascripti episcopatus vestro sancte Marie.

Iamdicto casalino in qua fuit casa et curte domnicata cum rebus domnicatis adque casis et cassinis seo casalinis in denominatis locibus ad suprascripta curte pertinentibus, cum fundamentis suarum, cum curtis, ortalia, terris, vineis, olivetis, silvis, virghareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia quantum ubique ad suprascripto casalino, qui iam fuit casa et curte domnicata, seo ad prefatis

casis et cassinis seo casalinis ubique sunt pertenentes in qualibet locis vel vocabulis, in integrum mihi eas livellario nomine dedisti et confirmasti.

Simul et dedisti mihi cassinas et res illa in locho et finibus Campolongho, qui est pertenentes ipsius episcopatui vestro sancte Marie, qui recta fuit per quondam Iohannes filio quondam Andrenini. Iamdicta casina cum fundamento et omnem edeficio suo, cum curte, orto, terris, vineis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia quantum ubique ad ipsa cassina est pertenentes et suprascripto quondam Iohannes massario exinde ad manus suas abuit, mihi dedisti et confirmasti in integrum.

Tali vero ordinem, ut ab ac die in mea, qui supra Anselmo, vel de meis filiis et heredibus nostrorum esset potestatem aut ad illas personas hominum cui nos iamdictis casis et casalinis seo cassinis et rebus, quas mihi ut supra libellario nomine dedisti et confirmasti, et cui n[os libel]lario nomine dederimus vel abere constituerimus in eorum um... ..[a]bend[i, te]nendi, possidendi, laborare faciendi et nobis eas priv[atatum fruendi ac] si forsit[an] ... pro omni censum et iustitiam exinde tibi vel ad posterisque [subcessoribus] tuis ad p[ars ip]sius episcopatui vestro sancte Marie per singulos annos per omnes mens[e] ... [censum vobis red]dere debeamus ic Pisa ad ipso domo episcopatui vestro sancte Marie, per nos aut per mis[sos nostros] vobis aut [ad ministe]riale aut ad locoposito vestro aut super ipso altario beate sancte Marie ponantur argentum [dena]rios bonos expendibiles numero septuaginta duo, nullam aliquit amplius.

Et homin[es], qui in ipsis casis et cassinis abitantes fuerit, si oportu[nu]m fuerit, nos eos a mandato vestro venire faciamus hic Pisa ad legem et iustitiam faciendum tantum.

Et si nos vobis hec omnia, qualiter superius legitur, per singulos annos sic non fuerint adinpleta et conservata et aut si suprascripto casalino, in qua fuit casa et curte domnicata, seo rebus domnicatis, adque casas seo cassinas seo casalinis ad ipsa curte pertinentibus seo et iamdicta cassina et res, quas mihi ut superius dedisti, relaxsaverimus, vel si per nos peiorata fuerit, spondeo ego qui supra Anselmo, una cum meis filiis et heredibus nostrorum, conponere tibi qui supra Iohannes episcopus vel ad post[erisque subcessori]bus tuis penam argentum solidos ducentos, quia taliter inter nos conveni.

E[t duas inter nos cartulas Ros]selmum notarium scribere rogavit.

Actum Pisa.

[+ Ego Anselmo qui hunc li]bello a me facto manu mea supscripsi.

[+ Ego]us scabinus subscripsi.

[+ Ego] rogatus ad Anselmo, me teste subscripsi.

+ Ego Cunipertu, rogatus ad Anse[l]mu, me teste subscripsi.

Signum manus Samueli schabin[o].

Signum manus Teupaldi filio quondam Pertuli, testis.

+ Ego Gumberto, rogatus ad Anselmo, me teste subscripsi.

(S) Ego Rosselmus notarius post tradita complevi et dedi.

28 agosto 909

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 34.
909 agosto 28.

Edizioni:

L.A.MURATORI, *Antiquitates italicae medii aevi*, vol.I-VI, Milano 1738-1742. *Excerpta*, vol. III, coll.1041-4.
Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile 1 (720-1100), cur. A.GHIGNOLI, Ospedaletto 2006. n.34
pp.84-87.

Regesto:

Corrado del fu Corrado e Teodorico vescovo di Pisa fanno una permuta tra loro.
Fatto a Orciano.
Rogò Rosselmo notaio.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ad incarnationis eius nongentesimo nono, quinta Kalendas septenbris, indictione duodecima.

Manifestus sum ego Chunerado filio bone memorie Chuneradi quia convenit mihi una tecum Teudericus, gratia dei huius sancte Pisensis ecclesie humilis episcopus, ut inter nos de aliquantis rebus commutationem facere deberemus, sicut et factum est.

Proinde ego qui supra Chunerado per hanc cartula in commutationem dare et tradere videor ad pars ipsius episcopatus vestro sancte Marie idest casa et res mea illa quas abeo in locho et finibus ubi vocitatur Casalascii, qui regitur per Guuillielmo que Vuinitio vocatur, massario. Casa vero ipsa cum fundamento et omnem edificio suo, cum curte, orti, terris, vineis, olivis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia et in omnibus rebus, quantas ubique ad ipsa casa est pertenentes et suprascripto massario exinde ad manus suas abere et detinere videtur, in integrum tibi eas ad parte predicti episcopatus vestro in commutatioem dedi et tradidit, excepta exinde una petia de terra, quod est prata, in loco et finibus ubi vocitatur Rivo Pudito, quas tibi menime dare videor.

Pro quibus ad te eas recepi ad pars suprascrip[ti] episcopatus vestro sancte Marie idest terra et colle illo in locho et finibus ubi vocita[tur] Ad Tane, prope locho et finibus Ursiano, que est pertenentes suprascripti episcopatus vestro sanc[te] Marie, qui uno caput tenet in fossa Righangno et in aliquantulo in terra Adalberti marhioni, et alio caput tenet in via, lato similiter in via, et alio lato tenet in terra mea qui supra Chunerado et in aliquantulo in terra ipsius Adalberti marhioni.

Simul et dedisti mihi in commutationem terra et colle et cerreto illo prope ipso locho Ursiano, que vocitatur Casale Pintioli, qui uno caput tenet in rivo, et alio capo e[t] ambes lateras est tenentess in terra de filii Ariperti.

Adque dedisti mihi in commutationem una petia de vinea in ipso locho, que vocitatur Ad Ponticell[o, qui] uno caput tenet in fossa, et alio caput tenet similiter in terra de filii quondam Ariperti, lato uno tenet in terra Ostrifusi, et alio lato tenet in terra de filii quondam Ariperti.

Seo et dedisti mihi in commutationem da pars predicti episcopatus vestro una petio de vinea prope ipso locho Ursiano, quos sunt ordines duodecim, et est tenentes uno caput et ambes latera i[n ter]ra et vinea Mihael et de filii quondam Rosselmi.

Iamdictis petiis de terris et vineis seo silv[is super se] abentes, qualiter ab omnis parte circumdate sunt per designatas lochas, mih[i d]a pars episcopatus vestro in commutationem dedisti et tradedisti in integrum.

Ubi et [pro] commutationem ego ipse qui supra Teudericus episcopus direxsit missos meos, idest Anselmo et Amalfridi, et Adalbertus dux direxsit missos suos, idest Adalberto schabino et R[ossel]mus notarius et Liudoin, qui ambulaverunt cum Urso filio bone memorie Ursi seo Rigierto filio bone memorie Firmi et [Pet]rus filio bone memorie Arnini, extimatoribus super hanc commutationem; et super haccesserun[t et a]derant cum aliis bonis et credentes homines et previderunt hac renunciaver[unt quod m]eliorata commutationem dedit ad pars predicti episcopatus

vestro sancte Ma[rie quam recepi]sset, ut magis omni tempore inter nos firmum et stabilem permanead semper.

Unde e[go qui supra] Chunerado una cum meis heredibus tibi qui supra Teudericus episcopus vel ad posterisque subcessoribus [tuis seu] homini, cui vos suprascriptis casis et rebus, quas tibi in commutationem dedi et tradedi, de[deritis vel abere] decreveritis, vobis eas aliquando tempore in aliqua exinde intentionaverimus aut retolli vel [subtrahi ques]erimus, nos vel illi homo cui nos eas dedissemus aut dederimus pro quolibet ingenio et eas vobis vel [cui vos dederitis de]fendere non potuerimus, spondemus nos vobis componere suprascriptis casa et rebus, quas tibi in commutati[onem] dedit, in duplum in ferquidem loco sub extimationem quales tunc fuerit.

Quia taliter in[ter nos convenit].

Et duas inter nos cartulas commutationis et Rosselmum notarium scribere rogavimus.

A[ctum Ursi]ano.

Ego Cunrado in ac commutatione a me facta manu mea subscripsi.

[Ego Anse]lmo, sicut supra legitur, misus fui.

[Ego Adalber]to, sicut supra legitur, misus fui.

[Ego A]malfridi, sicut supra legitur, misus fui.

[Ego A]dalbertus schabinus, sicut supra legitur, misus fui.

[(S) Ego] Rosselmus notarius, sicut supra legitur, misus fui.

[E]go Ursu, sicut supra legitur, interfui.

[Ego] Liuduini, sicut supra legitur, misus fui.

Signum manus Rigiperti, sicut supra le[gi]tur, interfuit.

Signum manus Petri, sicut supra le[gitur, inte]rfui.

Ego Gumpertu, rogatu[s a Cun]eradi, me testes subscripsi.

Ego Gosperto, rogatus [a Cunera]do, me testes subscripsi.

(S) Ego Rosselmus n[otarius post tradita] complevi et dedi.

22 marzo 942

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 53.
942 marzo 22.

Edizioni:

MURATORI, *Excerpta*, AIMAE III, col. non numerate (1055-6).

Carte dell'Archivio Arcivescovile pisano. Fondo arcivescovile 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Ospedaletto 2006, n.43 pp.107-110.

Note:

Sul retro di mano del XIII secolo: «Capitula ordinationis de plebe sancti Pauli ad Arzenta»; vecchie segnature archivistiche: «n° 1145. 942. 22 marzo. n° 53. 53».

Regesto:

Il vescovo di Pisa Zenobio nomina il prete Martino della fu Soria rettore della pieve di san Paolo e san Giovanni del Porto Pisano [di Ardenza] con tutte le sue proprietà e con le decime a essa spettanti, in modo che possa usufruire di tali beni, farli lavorare e anche darli a livello a persone di sua scelta e anche ai loro eredi, come gli sembrerà opportuno, per tutto il tempo della sua vita. In cambio il prete Martino si impegna ad assicurare l'illuminazione e l'incenso nella chiesa e a celebrare gli uffici religiosi nella chiesa oppure a farli celebrare da qualcuno e dovrà pagare ogni anno all'arcivescovato un censo annuo di 36 denari d'argento. Se non rispetterà i patti dovrà pagare all'arcivescovato una penale di 200 soldi d'argento.

Fatto in Pisa.

Rogò Benedetto notaio.

Originale:

(S) In nomine domini dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Ugho gratia dei rex, anno rengni eius, deo propitio, sextodecimo, et filio eius domnuso Lotthario idemque rex, anno rengni eius, deo propitio, undecimo, undecimo Kalendas aprilis, indictione quintadecima.

Manifestus sum ego Martino presbitero filio bone memorie Sorie, quia tu Zenobius, gratia dei huius sancte Pisane heccliesie umilis episcopus, una per consensum sacerdotum tuorum et filii ipsius heccliesie, secundum canonicum ordinem, rectorem adque custodem ordinasti adque confirmasti me qui supra Martino presbitero, idest in ecclesia dei et beati sancti Pauli et sancti Iohanni, quod est plebe battismalis, sita locho et finibus Porto Pisano, qui est de sup potestatem suprascripti epischopatui vestro sancte Marie.

Iamdicta dei heccliesia sancti Pauli et sancti Iohanni, quod est plebe battismalis, cum casis domnicat[is] et massariciis subiectis ipsius plebe cum fundam[entis] et omnem hedeficiis vel universis fabricis suarum, cum curtis, ortis, terris, vineis, olivis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, sive movile et immovile, seu qui se moventibus, omnia et in omnibus casis et cassinis seu rebus ipsis tam domnicatis quam et massariciis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad iamdicta plebe ubique est pertinentes aut pertinere debentur, una cum omnes decimationes seu offertas, que ibidem intraverit, in integrum me ibi firmasti adque ordinasti. Tali vero ordine ut ab odierna die in meam qui supra Martino presbitero diebus vite mee in mea sint potestatem eas abendi, inperandi, ghubernamdi, laborare faciendi, meliorandi et nobis eas privato nomine diebus vite me usufructuandi et in ipsa dei heccliesia sancti Pauli et sancti Iohanni, quod est plebe battismalis, per me aut per meam dispositionem officium dei et luminaria adque incensum et missas facere debeamus et licentiam et potestatem abeam ego qui supra Martino presbitero per meo libellario nomine firmandum illis personis hominibus cui nos eas per nostro libellario nomine dederimus vel abere constituerimus et heorum heredibus ut in eorum vel de heorum heredibus sin[t] potestatem suprascriptis casis et rebus, ut superius dictas, abendum, inperandum, ghuberna[n]dum, laborare faciendum, meliorandum et privato nomine usufructuandum et exinde tibi vel ad posterisque subcessoribus tuis ad pars suprascripti epischopatui vestro sancte Marie per singulos annos per omnes mense februaryo, pro fruges et decimationes seo pro offertas et c[ir]catas, censum

vobis reddere debeamus hic Pisa ad curte vestra illa domnicata ad hec[clesia] sancti Georgii vobis vel ad ministeriale vestro illum, quas per tempore ibidem fuerit, aut ad miss[o vestro] argentum denarios boni expendibilis numero triginta et sex tantum.

Et si ad nos v[obis] hec omnia, qualiter superius legitur, per singulos annos sic non fuerint adimpleta et conse[rva]ta aut si¹ suprascripta hec[clesia] sancti Pauli et sancti Iohanni, quod est plebe battismalis, seu et iamdictis casis et cassinis et rebus ad iamdicta hec[clesia] sancti Pauli et sancti Iohanni, quod est plebe battismalis, pertinentibus, quas mihi dedisti, relaxseverimus vel si per nos pegiorata fuerit, spondeo e[go] qui supra Martino presbitero componere tibi qui supra Zenobius episcopus vel ad posterisque subcessoribus tuis penam arg[en]tum solidos duocentos.

Quia taliter inter nos conveni.

Et duos inter nos cartula ordinationis Benedictus notarius scribere rogavi.

Actum Pisa.

[E]go Martino presbitero in anc ordinationis cartula a me facta subscripsi.

Dominicus archipresbitero et canonico consensi et subscripsi.

Anselmo archidiaconus et canonicus consensi et subscripsi.

Ego Pasquali presbitero et canonicus consensi et subscripsi.

Ego Angelus presbitero et canonicus consensi et subscripsi.

Ego Natali presbitero et canonicus consensi et subscripsi.

Ego Teuperto presbitero et canonicus consensi² et subscripsi.

[E]go Vitali presbitero et canonicus consensi et subscripsi.

[Ego] Andreas presbitero et canonicus consensi et subscripsi.

[Eg]o Abram presbitero et canonicus consensi et subscripsi.

Ego Gumberto, rogatus ad Martino presbitero, me teste subscripsi.

[Si]gnum manus Vuicheradi que Belitio vocatur, vicecomes, filio bone memorie Alboni vicecomes testis.

[(S)] Urso, iudex domnorum regum, subscripsi.

[(S) Teu]perti iudex domnorum regum subscripsi.

[Signum manus] Ringniperti que Bonitio vocatur, filio bone memorie Hadalberti, testis.

[(S) Ego] Benedictus notarius post tradita conplevi et dedi.

¹ aut si *scritto su rasura*.

² consi.

15 maggio 949

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n.51
949 maggio 15

Edizioni:

MURATORI, *Excerpta*, AIMAE III, coll. 1055-6.

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile 1 (720-1100), cur. A.GHIGNOLI, Ospedaletto 2006. n.44 pp.110-112.

Note:

Sul retro: «n°51. 941. 6 maggio. Contratto di livello igone delle terre del Poggio danicelle e di q. fr. Gisolfo priore S.Maria Pisana pertenente archiepiscopato. 2231. A 4092».

Regesto:

Il vescovo di Pisa Zenobio dà in livello perpetuo al conte Rodolfo figlio del fu Gisolfo e ai suoi discendenti la terza parte di tutte le case e beni appartenenti alla pieve di santo Stefano, san Cristoforo e san Giovanni, situata nel Porto Pisano [S.Stefano ai Lupi] e inoltre la terza parte di tutto ciò che gli abitanti di 34 villaggi devono dare alla detta pieve per debito o per consuetudine: siano prestazioni di lavoro, vino, animali, frutti della terra e qualsiasi altro tipo di reddito o debito. Il conte deve pagare come censo annuo all'arcivescovato un numero di denari di argento, che non si legge più sulla pergamena.

Fatto in Pisa.

Rogò Terminando notaio del re.

Originale:

(S) In nomine sancte et individue trinitatis. Hlotharius gratia dei rex, anno rengni eius, deo propitio, nono, decimo Idus magii, indictione septima.

Manifestus sum ego Rodulfo comes filio bone memorie Ghisolfi quia tu Zenobius gratia dei huius sancte Pisane ecclesie umilis episcopus per cartula livellario nomine ad censum perexsolvendum dedisti mihi id est tertiam portionem ex integra de omnibus casis et rebus illis pertinentibus ecclesie plebis vestre, cui vocabulum est beati sancti Stephani et sancti Cristofoli et sancti Iohanni, quod est plebem baptismalis, sita loco et finibus Porto Pisano, quem plebem ipsa esse videtur de sub regimine et potestatem predicti episcopatus vestro sancte Marie.

Casis vero ipsis tam domnicatis quam et massariciis, cum fundamentis et omnem edeficiis et universis fabricis suis seu de curtis, ortis, terris, vineis, olivis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis sive de movile vel immovile seu [se] moventibus, tam de servos quam et de ancillas, de omnia ex omnibus casis et rebus tam domnicatis quam et massariciis seu movilia et familia, quantas ubique in qualibet locis vel [vo]cabulis ad suprascripta ecclesia plebem nostra sancti Stefani et sancti Cristofali et sancti Iohanni sunt pertinentibus vel aspicientibus adque in antea ibidem pertinentes fuerint, ut dictum est, tertiam portionem ex inte[gram] mihi eas livellario nomine dedisti.

Item et dedisti mihi idest tertiam portionem ex integram de omne [de]bitum et debitionem illa quantas singulis ominibus, qui sunt abitantibus in villis illis, que dicit[ur] ...ectuli, Olivule, Tecgla, Tepotionaia, Purciliano, Puliano, Villa Pititienna, Villamangna, Sal[ivoli], Rio Maiore, Maringnano, Salviano, Sectari, Fundomangno, Gnungnano, Sancta Iulia, Sala Gum..., ...reto, Casale Gavini, Masciana, Blotitiano, Limone, Casale Meruli, Oliveto, Arrianna, G....iano, Amule, Sancto Quirico, Aguliana, Campo, Carbonaia, Sala Reg[i, M]ota Rutta, Germin... [al]ibit abitantibus singulis quibusque annis ad pars ipsius ecclesie plebis vestre consuetudi vel debiti reddere a suprascriptas villis vel alibit abitantes fuerint et ad pars ipsius ecclesie plebem vestra consuetudi vel debiti fu[erint ad reddend]dum tam labore quam et vinum simulque bestiis vel de qualibet frugibus terre aut de qualibet a[li]o redditum et debitionem quantas singulis ominibus, qui sunt abitantibus in predictis villis adque in [antea abit]antes fuerint vel per alias locas abitantibus, singulis quibusque

annis ad pars ecclesie plebem vestra [de]biti sunt reddendi atque in antea consuetudi vel debiti fuerint ad reddendum, ut dict[um est].

Suprascripta tertia] portionem ex integra mihi eas libellario nomine dedisti, tali ordinem ut ab odierna die in meam qui supra [et] de meis ereditibus ac proeredibus meis seu de illis personis omni[bus cui nos ec] omnia, que superius legi[tur, li]bellario nomine dederimus vel abere constituerimus et de eor[umque ereditib]us sint et permaneant pot[estatem suprascripta] tertia portionem de omnibus suprascriptis casis et rebus seu movilia et familia adque redditum et de[bitionem] prefate ecclesie plebem vestra, quas mihi ded[isti], eas abendi, tenendi, inperandi, laborare faci[endi et nobis eas priva]to nomine usufructuandi, et faciamus ex frugibus earum rerum vel censum quibuslibet exinde annu[um abu]erimus et ipsum redditum et debitionem singulis quibusque annis requirendi et recolligen[di ab o]minibus quicquid voluerimus et nobis privatum fruendum. Nisi tantum pro omnis censum et [iutitiam] tibi vel ad posterisque subcessoribus tuis ad pars suprascripte ecclesie plebis vestre per singulos annos per o[mnes mense] censum vobis reddere debeamus ic Pisa ad curte ve[stra illa e]cclesie sancti Georgii per nos aut per mi[so nostro vobis vel ad misso ves]tro aut ad ministeriale vestro illum, quas ibi pre tempore [ibidem fuerint, argen]tum denarios bonis expe[ndibilis numero] tantum.

Et si ad nos [vobis ec] omnia, qualiter superius [legitur, per singulos an]nos taliter non adimple[verimus et non comservave]rimus sicut superius legitur aut si iamdicta tertiam portionem ex integra de om[nibus suprascriptis casis et rebus se]u movilia et familia adque redditum et debitionem pertinentibus ecclesie plebem vestra quas [mihi libellario nomine dedisti relaxsav]erimus vel si per nos pegiorata fuerit, spondeo ego qui supra Rodulfo comes, una cum meis ereditib[us ac proeredibus meis] componere tibi qui supra Zenobius episcopus vel ad posterisque subcessoribus tuis penam argentum solidorum [q]uia taliter inter nos conveni.

Et duas inter nos libelli Terminandus notarius domni regis scribere roga[vi].

Actum Pi]sa.

7 dicembre 958

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 56.
958 dicembre 7.

Edizioni:

A.F.MATTHAEI, *Ecclesiae Pisanae Historia*, Lucca (1768), vol. 1, App. p.1-2.

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile 1 (720-1100), cur. A.GHIGNOLI, Ospedaletto 2006.
n.149 pp.122-124.

Note:

Sul retro di mano del XIII secolo: «Libello de Oppitio filio Amalfridi de plebe de Cam[aiano]»; Vecchie segnature archivistiche: «167. n° 56. 958. 7 dicembre».

Regesto:

Il vescovo di Pisa Grimaldo dà in livello a Oberto detto Opizzo figlio del fu Amalfrido due terzi di tutti i beni appartenenti alla pieve di santa Gerusalemme e san Giovanni di Camaiano e di tutti i redditi e gli obblighi che per consuetudine gli uomini di 14 villaggi devono alla detta chiesa. In cambio Oberto Opizzo deve pagare all'arcivescovato 48 denari d'argento ogni anno. Se non rispetterà i patti dovrà pagare una penale di 300 soldi d'argento.

Fatto in Pisa.

Rogò Terminando notaio e giudice dei signori re.

Originale:

(S) In nomine sancte et individue trinitatis. Berengarius et Adalbertus filio eius gratia dei regibus, anno rengni eorum auxiliante domino octavo, septimo Idus decembris, indictione secunda.

Manifestus sum ego Oberto que Oppitio vocor filio bone memorie Hamalfridi quia tu Grimaldus, gratia dei uius sancte Pisane ecclesie umilis episcopus, per cartula livellario nomine ad censum perexsolvendum dedisti mihi id est duos portionis ex inte[gra de om]nibus casis et rebus illis pertenentibus ecclesie plebis vestre cui vocabulum [est] beati sancti Ierusalem et sancti Iohanni Baptiste quod est plebem bapt[is]malis sita loco et finibus Camaiano, qui est de sub regimine et potestatem [suprascripte] ecclesie episcopatus vestro sancte Marie.

De casis vero ipsis una cum casis et cassinis tam domnicatis quam et massariciis cum fundamentis et hominem hedeфициis vel universis fabricis suis seu curtis, ortis, terris, vineis, olivis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, de omnia et ex omnibus casis et cassinis seu rebus domnicatis et massariciis quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascripta ecclesia plebem vestram sunt pertenentibus vel aspicientibus atque¹ in antea ibidem pertenentes fuerint, ut dictum est, duos portionis, ex integrem mihi eas livellario nomine dedisti.

Seu dedisti mihi id est duos portionis ex integrem de hominem redditum et debitionem illa quantas singulis ominibus qui sunt abitantibus aut in antea abitantes fuerint in villis illis que dicitur Camaiano, Canturini, Popongna, [Cafa]gia, Quarratula, Suveras, Tropossico, Cesari, Colle, Casalasci, Pineto, Casal[e] Pectuli, Catitia[no] singulis quibusque annis ad pars ipsius ecclesie plebis vestre consuetudi vel debiti sunt reddendi aut in antea consuetudi vel debiti fuerint reddendi, tam labore quam et vinum simulque bestiis aut de qualibet frugibus terre vel de quacumque movilia.

De iamdicto redditum et debitionem quantas singulis ominibus qui sunt abitantibus in predictis villis aut que in antea ibidem abitantes fuerint singulis quibusque annis ad pars ipsius ecclesie plebis vestre consuetudi vel debiti sunt reddendi aut que in antea ibidem consuetudi vel debiti fuerint ad reddendum, ut dictum est, duos portionis ex integrem mihi eas livellario nomine dedisti, tali ordinem ut ab odierna die in meam qui supra Oberto vel de meis heredibus ac proheredibus meis seu de illis personis ominibus cui nos eas libellario nomine dederimus vel abere constituerimus et de heorumque heredibus sint et permaneant potestatem suprascriptis casis et cassinis seu rebus adque redditum et deb[i]tionem quas mihi libellario nomine dedisti eas abendi tenendi inperandi

¹ attque.

gubernandi laborare faciendi melior[an]di et nobis eas privato nomine usufructuandi et ipsum redditum et debitionem singulis quibusque annis require[ndi] et recolligendi et faciendi exinde in omnibus quicquid voluerimus nobis privato nomine fruendum. Nisi tantum pro o[mnis] censum et iustitiam et exinde tibi vel ad posterisque subcessoribus tuis ad pars suprascripti episcopatus vestro sancte M[arie] per singulos annos per omnes mense agosto censum vobis reddere debeamus in Pisa ad curte vestra illa ad ecclesia sancti Georgii per nos aut² per misso nostro vobis vel ad ministeriale vestro illum quas pre tempore ibidem fuerint aut ad misso vestro argentum denarios boni expendibilis numero quadraginta et octo tantum.

Et si ad nos vobis ea omnia, qualiter superius legitur, per singulos annos taliter non adimpleverimus et conservaverimus, sicut supra legitur, aut si predictae duos portionis ex integram de omnibus predictis casis et cassinis seu rebus adque redditum et debitionem pertinentibus prefate ecclesie plebis vestre quas mihi libellario nomine dedisti relaxaverimus vel si per nos peiorata fuerit, spondeo ego qui supra Oberto, una cum meis heredibus ac proeredibus meis seu de illis personis omnibus cui nos eas que superius legitur libellario nomine dederimus vel abere constituerimus et de eorumque heredibus, con[ponere] tibi qui supra Grimaldus episcopus vel ad posterisque subcessoribus tuis penam argentum solidorum tricentos.

Quia taliter inter [nos] conveni. Et duas inter nos libelli Terminandus notarius domnorum regum scribere rogavi.

Actum Pisa.

+ Ego Oberto in unum libello a me facto subscripsi.

+ Ego Beraldo rogatus a Oberto me teste subscripsi.

+ Ego Riccolfo rogatus a Oberto me teste subscripsi.

+ Ego Mihael rogatus testis subscripsi.

+ Ego Teudibaldo rogatus ad Oberto me teste subscripsi.

(S) Benedictus iudex domnorum regum subscripsi.

Signum + manus Rosselmi vicecomes, que Ilditio vocor, filio bone memorie item Rosselmi, testis.

(S) Ego Iohannes rogatus testis subscripsi.

(S) Terminandus notarius domnorum regum post traditam conplevi et dedi.

² aut *ripetuto*.

11 febbraio 961

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 57.
961 febbraio 11.

Edizioni:

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile I (720-1100), cur. A.GHIGNOLI, Ospedaletto 2006.
pp.129-131 n.52.

Note:

Sul retro di mano del XIV secolo: «Apparum in Cartianula Postignano Lardelli Capannule»; vecchie segnature archivistiche: «961. 11 febbraio».

Regesto:

Il vescovo di Pisa Grimaldo dà in livello a Rabberto detto Roppizzo figlio del fu Rabberto e ai suoi discendenti due *sorti* poste nei luoghi detti *Cartianula* e Postignano, tenute dai massari Giovanni e Briscio, e un terzo dei casalini [=case diroccate] con tutte le loro pertinenze posti nei luoghi detti Vico e Castello, che già Rabberto deteneva, e una vigna posta nel luogo detto Cappannule.

Rabberto deve pagare ogni anno all'arcivescovato un censo di 24 denari d'argento.

Se il vescovo non rispetterà i patti e tenterà di togliere ai livellari i beni concessi o di aumentare il censo, dovrà pagare una penale di 100 soldi.

Fatto a Lucca.

Rogò Teutpaldo notaio dei signori re.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Berengarius et Adalberti filio eius gratia dei reges, anno regni eorum deo propitio undecimo, tertio Idus februarii, indictione quarta.

Manifestu sum ego Grimaldus gratia dei huius sancte Pisane ecclesie umilis episcopus quia per hanc cartula livellario nomine ad censum [pere]xolvendum dare videor tibi Rabberto que Roppitio vocatur filio bone memorie item Rabberti idest sortes duo qui [una ex i]pse in loco Cartianula, qui regitur per Iohannem massario, et ille secunda in loco Pustignano, qui regere videtur per Briscio massario, cum tertiam portionem exinde [integra] de casalinis et rebus domnicatis quas sunt in locas [di]ctas Vicho et Castello, quas tu ipsi qui supra Rabbert[o a]d [mano tu]a abere videris, et sunt omnibus rebus ipsis pertin[entibus] suprascripte ecclesie episcopatus nostro sancte Marie.

Iamdictis sortis et r[ebus sunt] tertiam portionem de suprascriptis rebus domnicatis cum fundamentis et omnem edeficiis vel universis fabricis suis, seo curtis, ortis, terris, vineis, olivis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia et in omnibus rebus quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad suprascriptis sortis et rebus et iamdicta tertiam portio[nem d]e suprascriptis rebus domnicatis sunt pertinentibus et qualiter tu ipsi qui supra Rabbert[o exin]de ad ma[no] tua abere et detinere videris in integrum tibi eas livell[ario nomine dare vi]deor cum una petia de terra illa quod est vinea in loco Cappann[u]le perti[nente suprascripta ec]clesia episcopatus nostro sancte Marie.

Petia ipsa de terra quod est [vinea] qualiter tu a[d] manus tua abere et detinere videris in integrum tibi eas livellario nomine d[are] videor tali ordine, ut da admodum in tua qui supra Rabberto vel de tuis eredibus sint potestatem suprascriptis sortis et rebus cum iamdicta tertiam portionem de predictis casalinis et rebus domnicatis et cum prenominata petia de terra quod est vinea, quas tibi supra livellario nomine dedi, abendi, tenendi, inperandi, laborare faciendi, meliorandi et vobis eas privatam nomine usufructuandi.

Nisi tantum pro omni censum et iustitiam exinde mihi vel ad posterisque successoribus meis per singulos annos ad pars ipsius ecclesie episcopatus nostro sancte Marie per omnem mense aprilis censum nobis reddere debeatis ad curte nostra domnicata ad ecclesia sancti Georgii infra civitate Pisa per vos aut per misso vestro nobis aut ad misso nostro aut ad ministerialem illum, quas ibidem p[ro tem]pore abuerit, argentum denaris bonos expendibiles numeros viginti et quatuor tantum.

Et¹ si a vos nobis ec omnia qualiter superius legitur per singulos annos sic fuerint adimpleta et conservata et non vobis suprascriptis sortis cum iamdicta tertiam portionem de predictis casalinis et rebus domnicatis et a prenomina petia de terra, quod est vinea, quas tibi livellario nomine dedi, retollerimus vel aliquit amplius vobis superimponerimus per quolibet ingenio, spondeo ego qui supra Grimaldus episcopus, una cum posterisque successoribus meis, componere tibi qui supra Rabberto vel ad tuis eredibus penam argentum solidos centum.

Quia taliter inter nos convenit. Et duos inter nos libelli Teutpaldus notarius domnorum regum scribere rogavimus.

Actum Luca.

+ Grimaldus gratia dei humilis episcopus in hunc libello a me facto subscripsi.

+ Ego Gumberto rogatus ad Grimaldus episcopus me teste subscripsi.

+ Ego Petrus rogatus ad Grimaldus episcopus testis subscripsi.

+ Ego Atripaldo rogatus ad Grimaldus episcopus testis subscripsi.

+ Ego Teudibaldo rogatus ad Grimaldus episcopus testis subscripsi.

¹ Ex.

[985 – 1005]

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n.2785.

Edizioni:

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile 1 (720-1100), cur. A.GHIGNOLI, Ospedaletto 2006, pp182-184 n.75.

Note:

Sul verso di mano dei secoli XI-XII: «Libellus de ecclesia sancti Stephani et sancti Iohanni»; altra mano coeva aggiunge: «de Portu et aliis terris circumpositis»: di mano del secolo XVIII: «n° 2785».

Note: Pergamena acefala, con profilo superiore non lineare ma netto. Nella parte inferiore roscature, lacerazioni e fori di piccola entità; tracce di muffa; inchiostro sbiadito lungo i margini laterali

Regesto:

Il prete Domenico ha ricevuto in livello dal vescovo di Pisa Raimberto dei beni e una chiesa in costruzione intitolata a san Giovanni, che egli stesso dovrà finire di costruire, e poi officiare o far officiare da qualcuno e per essa provvedere all'illuminazione a all'incenso, dopo che sarà stata edificata e consacrata. Il censo che dovrà versare ogni anno al vescovo nel mese di giugno è di 12 denari d'argento. Se non rispetterà i patti il prete Domenico dovrà pagare una penale di trecento soldi d'argento. Con l'eccezione della circostanza in cui *gens pana* [=pagana] oppure *mali cristiani* oppure *inpetus aque* gli abbiano impedito di lavorare le terre e di officiare nella chiesa di san Giovanni, nel qual caso non c'è penale se non potrà far lavorare le terre, pagare il censo e officiare la chiesa.

Fatto a Pisa.

Rogò Eriberto notaio

Originale:

....o presbitero cui ego eas per meo libellario nomine dederò vel abere decrevero sint pot[estatem] eas abendi, tenendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi et nobis eas privatum nomen usufructuandi et in ipsa dei ecclesia, cui vocabulum fuit sancti Iohanni, postquam edificata et sagrata fuerint, per me aut per meam dispositionem officium dei et luminaria adque incensum et missa fieri debeam.

Et exinde tibi vel ad posterisque successoribus tuis ad pars suprascripti episcopatus sancte Marie per singulos annos per omne mense iunio censum vobis redere debamus ad curte vestra illa hic Pisa ad ecclesia sancti Georgi, vobis vel ad ministerialem illum quas pre tempore ibidem fuerint aut ad misso vestro, per nos aut per misso nostro, argentum denarios boni expendibili numero duodecim tantum.

Etsi¹ a nos vobis hec omnia qualiter superius legitur per singulos annos taliter non adimpleverimus et non conservaverimus aut si suprascriptis petiis de terris, cum predictae mure infra se abentes seo ecclesia quas nos ibidem construxerimus, quas mihi dedisti, relaxaverimus vel si per nos peiorata fuerit per quolibet ingenio, spondeo ego qui supra Dominico presbitero componere tibi qui supra Rainbertus episcopus vel ad posterisque successoribus tuis penam argentum solidorum tricentos.

Et si forsitam gens pana aut mali cristiani vel inpetus aque super nos evenerit aut in ipsis locis, quod ipsis rebus laborare non potuerimus et nostrum ministerium in ipsa ecclesia sancti Iohanni facere non potuerimus, quod non computetur ipsa pena in compositio, quia taliter inter nos convenit.

Et duos inter nos libelli Eribertus notarius et iudex scribere rogavi.

Actum Pisa.

+ Ego Dominico presbitero in unc libello a me facta subscripsi.

(S) Ego Lambertus, rogatus testis, subscripsi.

+ Ego Isalprando, rogatus testis, subscripsi.

Signus + manus Raineri filio bone memorie Petri, testis.

¹ Exi.

Singnus + manus Micheli filio bone memorie Belli, testis.

(S) Terminandus, iudex domni imperatoris, subscripsi.

(S) Eribertus, notarius et iudex, post traditam complevi et dedi.

13 giugno 991

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 68.

991 giugno 13.

Note;

Copia autentica dell'XI secolo. Sul retro di mano del XIII secolo: «Carta Savanani»; di mano del secolo XVIII: «991 n°3»; di mano del secolo XIX: «n°68. 991. 13 giugno».

Regesto:

Siberto del fu Framondo vende a Albone del fu Eriberto detto Erizo un pezzo di terra posto nei confini di Savalano, confinante per un cap col Savalano e dichiara di aver giàricevuto in pagamento il prezzo di 20 soldi di denari d'argento.

Fatto nel castello di Valdiperga.

Rogò Guido, notaio imperiale.

Copiò Ugo notaio del re.

Originale:

Exemplar.

In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi. Anno ab incarnationis eius nongentesimo nonagesimo primo, die Idus iunii, indictione quarta.

Manifestus sum ego Siberto filio bone memorie Framundi quia per anc cartula vindo et trado tibi Alboni filio bone memorie Erimberti qui Eritio vocabatur idest una petia de terra mea illa quam abeo in loco et finibus Savanano, qui uno capo tene in iascripto Savanano sunt perticas XXXI, et alio capo tene in terra iascripti Alboni et de consortibus meis sunt perticas octo, et uno lato tene in via sunt perticas sessainta et III, et alio lato tene in terra qui fuit Vualberti sunt perticas sessainta et una.

As suprascripta petia de terra comune meam quartam portionem, qualiter ab omni parte circumdatas per desingnatas locas, una cum inferioribus et superioribus seo cum accessionibus et ingressora sua in integram ex integram meam quartam portionem tibi eas vindo et trado.

Pro quibus a te pretio recepit argentum solidos vinginti in prefinito.

Unde repromitto ego qui supra Siberto una cum meis eredibus tibi qui supra Alboni vel a tuis eredibus aut eidem omni cui vos iascripta mea venditio dederitis vel abere decreveritis ut si nos vobis eas aliquando tempore in alicot exinde intentionaverimus aut rectolli vel suptra quesierimus nos vel ille omo cui nos eam dedissemus aut dederimus per colibet ingnenio eas vobis ab onnis omnes defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos vobis componere suprascripta mea venditio in duplum in ferquidem loco sub estimatione qualis tunc fuerit.

Si tamen vos exinde auctores nec defensores querere nec dare volueritis, licentiam abeatis, apsqe nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde causas agendi, responsum redendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eas defensandi cum carta ista vel qualiter iusta lege melius potueritis.

Quia in tali ordine anc cartula Vuido notarius domni inperatoris scribere rogavi.

Anfra castello de Vualdiperga.

Singnus manus iascripti Siberti qui anc cartula fieri rogavit.

Singnus manus Petri filio bone memorie item Petri rogatus testis pretio dante vidi.

Singnus manus Teuti filio bone memorie Beriti testis pretio dante vidi.

Singnus manus domini Gerardi et Vuidi filio bone memorie Petri rogatus testis pretio dante vidi.

(S) Vuido notarius domni inperatoris postradita complevi et dedi

(S) Hugo notarius domni regis autentico illo vidi et legi, fideliter exemplavi.

(S) Ego Teupertus notarius autenticum illud vidi et legi unde hanc exemplar facta est et hic subscripsi.

14 dicembre 996

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico n. 58.

996 dicembre 14.

Edizioni:

L.A.MURATORI, *Excerpta*, in *Antiquitates italicæ mediæ ævi sive dissertationes*, vol.I-VI, Milano,1738-1742, III, col. 1065-1066.

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile I (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Ospedaletto 1996. pp.173-175 n.72.

Note:

Sul retro di mano del XIII secolo: «Libellus de Porto Pisano de loco qui dicitur Waralda»; vecchie segnature archivistiche: «n° 58. 962. 14 dicembre».

Regesto:

Il vescovo di Pisa Ramberto dà in livello a Odimundo detto Bando figlio del fu Amalfridi e al prete Giovanni figlio della fu Rotruda, che era detta Rozza, un pezzo di terra posto in Porto Pisano, nel luogo detto Guaralda vicino alla chiesa e pieve di Santa Giulia. Al prete Giovanni è inoltre concesso il diritto di dare a sua volta in livello la sua parte, che è la metà, a Giovanni figlio di Imilla e a tutti i figli che il prete Giovanni avrà in vita sua dalla detta Imilla.

Odimundo e il prete Giovanni dovranno pagare ogni anno al vescovo un censo di 24 denari d'argento. Se non rispetteranno i patti dovranno pagare una penale di 100 soldi d'argento.

Fatto a Pisa.

Rogò Alfeo notaio dell'imperatore.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Regnante domno nostro Otto gratia dei inperator ag[usto] filio bone memorie Ottoni inperatoris et nepus bone memorie itemque Ottoni inperatoris, anno inperii eius in Italia primo, nonodecimo Kalendas ianuarii, indictione decima.

Manifesti sumus nos Odimundo qui Bando vocor filio bone memorie Amalfridi et Iohannes presbitero filio bone memorie Rotrude que Rotitia vocabatur, quia tu Rainbertus gratia dei uius sancte Pisane ecclesie umilis episcopus per cartula livellario nomine ad censum perexolvendum dedisti nobis idest una petia de terra illa in loco et finibus Porto Pisano ubi dicitur Vuaralda prope ecclesia et plebem sancte Iulie, que est pertenentes ecclesie episcopatui sancte Marie.

Quas ipsa petia de terra, tenentes uno capo in rivo qui dicitur Mulinaio, et alio capo tenet in terra comitorum, lato uno tenet in suprascripto rivo que dicitur Vuaralda, et alio lato tenet in alio rivo que vocitatur Silculo.

As suprascripta petia de terra cod est culta et agrestis cum aliquantula vinea infra se abentes, totas insimul amenbratas in eodem loco, qualiter ab omni parte circumdata est per designatas locas, in integrum cum inferioribus et superioribus suis seo c[um] atcessionibus et ingressoras suas nobis eas livellario nomine dedisti tali ordinem ud da admodum in nostra qui super Odimundo et Iohannes presbitero vel de nostris eredibus sim potestatem eas abendi, tenendi, inperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi et nobis eas privato nomine usufructuandi et licentiam et potestatem abeas ego qui super Iohannes presbitero pro meo libellario nomine firmandum de meam portionem, cod est medietatem de suprascripta petia de terra, que superius legitur, Iohannes filio Imille seo alii filii qui de suprascripta Imilla in vita mea qui super Iohannes presbitero nati vel procreati fuerit ut in eorum sim potestatem suprascripta medietas de suprascripta petia de terra eas abendum, tenendum, inperandum, gubernandum, laborare faciendum, meliorandum et privato nomine usumfructuandum et exinde tibi vel ad posterisque supcessoribus tuis ad pars suprascripte ecclesie episcopatui vestro sancte Marie per singulos annos per omnes mense agosto censum vobis reddere debeamus ic Pisa ad curte vestra illa domnicata ad ecclesiam sancti Georgi vobis vel ad ministerialem illum, quas pre tempore ibidem fuerint, aut ad misso vestro per nos aut per misso nostro argentum denarios boni expendibilis numero viginti et quattuor tantum.

Et si at nos vobis ec omnia, qualiter superius legitur, taliter non adimpleverimus et non conservaverimus per singulos annos aut si suprascripta petia de terra, quas nobis dedisti, relaxaverimus vel si per nos peiorata fuerit, spondimus nos qui super Odimundo et Iohannes presbitero una cum nostris eredibus conponere tibi qui super Rainbertus episcopus vel ad posterisque supcessoribus tuis penam argentum solidos centum. Quia taliter inter nos convenit et duas inter nos libelli Alfeo notarium domni imperatoris scribere rogavi.

Actum Pisa.

Singnum manus suprascripti Odimundi qui unc libellum fieri rogavi.

+ Ego Iohannes presbitero in unc libello a nos facto subscripsi.

(S) Ego Bernardus rogatus testis subscripsi.

(S) Terminandus iudex domni imperatoris subscripsi.

(S) Ego Rainbertus rogatus testis subscripsi.

(S) Benedictus notarius domni inperatoris rogatus testis subscripsi.

(S) Alfeo notarius domni imperatoris post traditam complevi et dedi.

16 maggio 999

Archivio della Certosa Calci, Diplomatico n. 1.

Copie:

Archivio di Stato di Pisa, Miscellanea manoscritti 67, Copiario Maggi, n.1;

Edizioni:

Carte dell'Archivio della Certosa di Calci, I, cur. **S.P.P.SCALFATI**, n. 1, pp. 3-4.

Note:

Sul verso di mano del XVIII secolo: «Porto Carbonia. 1064 pisano. Promissione fatta da Ugo di Vuido a Bonuccio Vuidi, di non molestarlo in una metà di un pezzo di terra, posto in detti confini, con casa, cassina, corte, terra laboratoria. Per atto di ser Lamberto notaio regio».

Inchiostro sbiadito nella parte superiore della pergamena. Le sottoscrizioni in forma diretta sono autografe. L'indizione e l'anno di impero di Ottone III, più l'indicazione di mese e giorno, portano al 16 maggio 999. Il documento, contrariamente a quanto scrive il Picotti (p.41 n.142), non ha il n. ACC 13 e la data 999 maggio 16 era già stata assegnata all'atto dal Maggi (p.2 del copiario). La nota dorsale si riferisce al contenuto del documento n. 32, che però riguarda 11 pezzi di terra.

Regesto:

Ghisolfo del fu Ghisolfo vende per un anello d'oro ai fratelli Gherardo, Ildebrando, Cunerado e Vuinitio, figli di Vuinigisi, un pezzo di terra con casa nella zona di Porto Pisano, in luogo detto Carbonaia.

Fatto a Pisa.

Rogò Alfeo notaio dell'imperatore.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Regnante domno nostro Otto gratia dei inperatore augusto filio bone memorie Ottonis inperatoris et nepus bone memorie itemque Ottonis inperatoris, anno inperii eius in Italia tertio, septimodecimo Kalendas iunii, indictione duodecima.

Manifestu sum ego Ghisolfo filio bone memorie item Ghisolfi quia per anc cartula vindo et trado vobis Gherardo et Ildebrando seo Cunerado adque Vuinitio germani filii Vuinigisi qui Vuinitio vocatur idest una petia de terra iuris meis, illa cum casa et cassina adque vinea super se abentes totas insimul amembratas quam abeo in loco et finibus ubi dicitur Carbonaia, finibus Porto Pisano, quas quondam Baldo ad manus suas abuit et postea quondam Dominico filio iascripti quondam Baldi per libellum abuit.

Quas ipsa petia de terra cum casa et cassina adque vinea totas insimul amembratas tenentes uno capo in rivo et alio capo tenet in terra mea quas mihi reservo, ubi simitula inter medio esse videtur, lateras ambas est tenentes in terra similiter mea quas mihi reservo sicut singna posite sunt et vobis per anc cartula menime vindo.

As iascripta petia de terra cum casa et cassina adque vinea infra se abentes totas insimul amembratas cum fundamento et omnem etdeficio suo, qualiter ab omis parte circumdata est per designatas locas, quod est per mensura ad iusta pertica mensuratas sistariorum quadraginta in integrum cum inferioribus suis seo cum accessoribus et ingressoras suas vobis eas vindo et trado, pro quibus ad vos pretium recepit anello uno de auro in prefinito.

Unde repromitto ego qui supra Ghisolfo una cum meis eredibus vobis qui super Gherardo et Ildebrando seo Cunerado adque Vuinitio germanis vel ad vestris eredibus aut eidem omni cui vos iascripta mea vendictio dederitis vel abere decreveritis ut si nos vobis eas aliquando tempore in alico exinde intentionaverimus aut retolli vel subtragi quesierimus nos vel ille omo cui nos eas dedissemus aut dederimus per colibet ingenio et si nos exinde autores darem volueritis et eam vobis ab omnis omnes defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondimus nos vobis componere iascripta mea vendictio in duplum in ferquidem loco sub estimationem quales tunc fuerint.

Sic tamen si nos exinde autores nec defensores querere nec dare nolueritis, licentiam abeatis apsq̄ue nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde causas agendi, responsum retdendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eas defensandi cum cartula ista vel qualiter iuxta legem melius potueritis, quia in tali ordinem anc cartulam Alfeo notario domini imperatoris scribere rogavi.

Actum Pisa.

Singnus manus iamscripti Ghisolfi qui anc cartula fieri rogavi.

(S) Eribertus iudex domini imperatoris subscripsi.

(S) Ego Gherardo rogatus testis subscripsi et pretio dante vidi.

(S) Mainfredus notarius domini imperatoris rogatus testis subscripsi et pretio dante vidi.

(S) Vuido notarius domini imperatoris rogatus testis subscripsi et pretio dante vidi.

(S) Benedictus notarius domini inperatoris rogatus subscripsi et pretio dante vidi.

(S) Alfeo notarius domini imperatoris post traditam complevi et dedi.